

**2605** cippus marmoreus. In villa Tusculana nobilium de Rocciis FABR., similiter LVPI. Extat eodem loco, quo viderunt illi, Frascati in villa Muti. — Potest esse originis urbanae, ut urbanus videtur esse titulus eodem loco extans huius corporis vol. VI n. 1625 a.

protome

DIS · MANIBVS

M · PVBLICI · M · LIB · VNIONIS  
TE · ROGO · PRAETERIENS · FAC  
MORA · ET · PERLEGE · VERSVS · QVOS · EGO  
5 DICTAVI · ET · IVSSI · SCRIBERE · QVENDAM  
EST · MIHI · TERRA · LEVIS · MERITO · SED · QVIESCO  
MARMORE · CLAVSVS · REDDEDI · DEPOSITVM  
COAGLAVI · SEMPER · AMICOS · NVLLIVS · THALAMOS  
TVRBAVI · NEMO · QVERETVR · CONIVNX · KARA  
10 MIHI · MECVM · BENE · VIXIT · SEMPER · HONESTE  
PRAESTITI · QVOD · POTVI · SEMPER · SINE · LITE · RECESSI  
VNVS · AMICVS · ERAT · TANTVM · MIHI · QVI  
PRAESTITIT · OMNIA · SEMPER · HONESTE

T · FL · HERMES · V · Q

15 TVNC · MEVS · ADSIDVE · SEMPER · BENE · LVXIT · AMICE · FOCVS  
FECIT · VNIO · SIBI · ET · GALLIAE · TYCHE  
OPTIMAE · CONIVGI · ET · AEMILIO  
ISIDORO · VERNAE · SVO · ET · POSTERISQ  
SVORVM · ET · CONIVGIS · SVAE  
20 ET · ISIDORI · ET · EORVM · POSTERISQ · ET  
M · PVBLICIO · FELICI · ALVMNO · SVO

Descripserunt Henzen et de Rossi. Fabretti 283, 183 (inde Mattei p. 83); Lupi Vat. 9143 f. 8 et apud Vulpium Lat. 8 p. 150; Nibby *analisi* 3 p. 353 (inde Canina p. 171). Burmann anth. Lat. 4, 24; Henzen syll. n. 7412.

14 *v(iator) q(uaestorius)*. — 15 ADSIDVS Henzen, errore calami ut puto. Ceterum cf. Tibull. 1, 1, 6: *dum meus assiduo luceat igne focus*.

**2606** a et b fragmenta scamni sive sedilis; ex amphitheatro Tusculano eruta anno 1858 ROSSI. c in amphitheatro vidit BENND. — Ego anno 1878 ibi inveni solum a, b et c frustra quaesivi.

a b c  
|ET · FVSC| |IANI C · I| |NIANO|

Fragmenta a et b descripsit de Rossi, solum a ego; c descripsit Benndorf.

Fragmentis a et b, quae eiusdem inscriptionis esse iudicavit Rossius, coniectura adiunxi c, non solum propter locum quo extabat, sed etiam propter magnitudinem litterarum; nam et ego in fragmento a et Benndorfius in c litteras altas esse centim. fere 12 adnotavimus. Neque obstat, quod mihi fragmentum a ex saxo Tusculano (*sperone*), Benndorfio fragmentum c ex saxo Albano (*peperino*) esse visum erat; nam cum illud saxum ab hoc vix dignoscatur, alteruter nostrum potest erravisse. Praeterea vidi in amphitheatro lapidem eiusdem formae non inscriptum.

**2609** Fraschati [Faliscis DON., errore] apud S. M. Magdalenam.

SEX · QVINTILIO · SEX · F · ANI  
VALERIO · MAXIMO  
LEG · PROVINCIAE · ACHAIAE · PRAETORI  
TR · PL · QVAESTORI · PROVINCIAE · ACHAIAE  
5 TR · MIL · LEG · I · ITALICAE · ET · XIII · GEMINAE  
III · VIR · VIAR · CVR

Servavit cod. Redianus f. 115' eodemque exemplo Andr. de S. Cruce cod. Hamilt. f. 64'. Ex codice Rediano Gudius ed. 137, 10; neque aliunde Donius ed. 5, 229 (inde Mur. 739, 1) 'ex ms. ant.'

Versuum divisio incerta est. — 4 TR · L traditur.

Filius fortasse eius qui memoratur Corp. vol. III n. 384 (Henzen 5970).

**2607** magnus cippus marmoreus. Rep. mense Oct. 1727 a Falconerio cardinali *in cima al Tuscolo* GHEZZI, rep. Tusculi VETT., rep. a. 1728 Frascati *près du chemin qui conduit par le haut de la montagne de la vigne Pamphile à Monte Dracone* AVRIL. Mox translata est Romam in aedes Falconerias (*via Giulia*), ubi extat.

M · GAVIO · T · F · VEL ·  
APPALIO MAXIMO  
urceus C · V patera  
SODALI HADRIA  
5 NALI · LEG · PRO · sic  
NARBONENSIS  
Q · AVG ·  
GAVIVS · FORTIS · LIB ·  
ET · PROC · OB MERI  
10 TA · EIVS

Descripsit Bormann. Exhibent Ghezzi ms. Angelic. f. 79; Fr. Vettori in epistula ad Gorium data d. 10 Iul. 1728 (cod. Marucell. A 63); Alexander Capponi misit Muratorio (sched. Murat. 21, 231), unde edidit Muratorius 192, 1; (Vic et Vaissete) *Histoire générale de Languedoc* tom. I (1730) p. 590 (add. ad lib. 3) missam Roma ab Iosepho Avril.

M. Gavius T. f. Vel. Appalio Maximus parentela coniunctus fuisse videtur cum M. Gavio Maximo praefecto praetorio Pii imperatoris et cum T. Appalio T. f. Vel. Alfino Secundo, quorum amborum tituli extant Firmi Piceni (vol. IX, 5357—5360); fortasse ex hoc genitus ab illo fuerat adoptatus.

**2608** Fraschati *nella vigna del Conte* [?] Michel Agnolo ANON., Frascati . . . MAN. Tusculi recens eruta SIRM. ms.; Tusculi in vinea quadam ID. ap. Grut. — Extra urbem in via Nomentana, villa Caesia GRVT. ed. 2.

DIIS MANIBVS  
GAVIAE  
HELPIDI  
VXORI · SANCTISSIMAE  
5 T · FLAVIVS · AVG · L  
EPAPHRA  
PROC · VILLARVM  
TVSCVLANARVM

Manu ignota legitur in schedula solitaria apud Panvinium Vat. 6035 f. 108; Manutius Vat. 5253 f. 282'; Sirmond. ms. Paris. suppl. Lat. 1418, 141 et 1420, 97. A Sirmondo Grut. 1112, 2, in cuius ed. 2 laudatur etiam Gudius. E Grut. repetiverunt Mattei p. 42; Vulpi Lat. 8 p. 163; Canina p. 168.

Consentiunt auctores, nisi quod v. 1 habet solus Panvinus, et quod in Grut. editione altera Gudius dicitur exhibere v. 2 GAVIAE, 4 SANCTISSIME.

**2610** magna basis marmorea. Rep. *nel costruire una strada a piedi della collina, su cui sorge la villa Aldobrandini a Frascati* BORGH. Extat Frascati in villa Aldobrandinia.

rubellia  
urceus blaNDI · F · BASSAE patera  
OCTAVI · LAENATIS  
SERGIVS · OCTAVIVS  
5 LAENAS · PONTIANVS  
AVIAE · OPTIMAE

Descripserunt de Rossi et Henzen, vidi ipse. Borghesi *bull. dell' Inst.* 1845 p. 156, opp. 4 p. 489; Henzen syll. n. 5395 cum add., iterum n. 6227; Wells *Frascati* p. 184.

2 significatur Rubellius Blandus, progener Tiberii Caesaris (Tac. ann. 6, 27); eius filios praeter hanc Rubelliam Bassam novimus Rubellios Plautum (Tac. ann. 13, 19 et alibi) et Drusum (Orell. 678). — 4. 5 est consul ordinarius anni 131. Haec Borghesius.

4230 cippus repertus sub Grotta ferrata loco dicto Borghetto [cf. ad n. 2496 cet.].

5

d | S MANIBV | e  
 M  
 HER  
 M · CINCI  
 COLLIBE | et  
 B E N E M | erenti  
 P O S

Descripsit Tomassetti et ed. *archivio della soc. di storia patria* 1885 p. 473. Rocchi apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1885 p. 159.

4230 a ibi ubi n. 4230.

DO  
TR

Descripsit Tomassetti.

XIV. Inter Tusculum et montem Albanum.

ad n. 2572. Idem ut puto exemplum nuper Alexander Fausti Frascatanus vendidit curatoribus rerum antiquarum a municipio Romano constitutis (*Lanciani bull. municipale* 1884 p. 53).

ad n. 2573. Alterum ut videtur eiusdem inscriptionis exemplum sed mutilum (extabat solus v. 1) refert Lanciani *syll. aq. n. 363* inventum, ut ait, a Gagliardio.

XV. TVSCVLVM (p. 252).

ad n. 2606. Fragmentum c Stevensonius quoque descripsit idemque nuper editum est in *notizie degli scavi* 1885 p. 478, ubi non recte dicitur esse pezzo di lastra.

ad n. 2610. Rubelliae Bassae nomen inscriptum legitur in fistulis plumbeis quae prodierunt a. 1877 Romae sub monte Palatino Circum maximum versus (*Lanciani syll. ep. aq. n. 159*).

ad n. 2675. 2689. Edidit Tomassetti *archivio della soc. rom. di storia patria* 9 (1886) p. 59. 49.

ad n. 2741. Vide ne puncto deleto legendum sit *Rutilia L. f. materter(a) Regin(i)*.

XVI. LABICI (p. 274).

ad p. 274 not. 2. *Labic-* cum *b* reperitur etiam in titulo huius Corp. vol. VI n. 10239.

ad n. 2771. Recognovi ad ectypum missum a Tomassetio. V. 4 partes  $\sigma\Omega$  litterarum videor mihi agnoscere, 3 in. exiguum fragmentum ante s potest superfuisse etiam ex A, v. 6 est ATELLAN. — Nimis autem mutilum est fragmentum quam ut suppleri possit. Hoc apparet agi de ludis eisque diversi generis; v. 3 videtur agi de certamine tibicinum, nam *multiforatae* dicuntur sine dubio tibiae (ut alibi multiforae et apud Apuleium multiforabiles, apud Graecos  $\alpha\upsilon\lambda\acute{o}\varsigma \ \pi\omicron\lambda\acute{o}\tau\eta\rho\tau\omicron\varsigma$ ), v. 4 spectare ad cantores indicat mentio arteriarum, v. 5 aperte agitur de certaminibus pugilum, v. 6 nominantur ludi Atellanici (v. 5 fin. fortasse supplendum est *can[tica]* idque coniungendum cum v. 6; cf. Suet. Galba 13).

4231 cippus lapidis Tusculani (*sperone*) rep. Monte Compatri nel fare i fondamenti della casa di Salvatore Mastrofrancesco, nunc affixa parieti eiusdem domus.

DEVERTICLVM  
PRIVATVM

Misit Tomassetius cum ectypo, sed male impresso.

XVII. GABII (p. 278).

De ruderibus Gabiorum nuper accurate exposuerunt Cozza et Pasqui in actis Fiorellii *notizie degli scavi* 1885 p. 424 seq., addita tabula.

ad n. 2790. Fistula plumbea inscripta *Iuli Ponpei Rusoniani* nuper prodiit Romae in monte Quirinali (*bull. comunale* 1887 p. 9).

ad n. 2795. V. 12 fin. scr.  $\text{HS} \cdot \text{X} \cdot \text{M} \cdot \text{N}$ . — De L. Vipstano Publicola Messalla, altero ex quattuorvis nominatis in v. 6, vide infra n. 4245.

4232 fragmentum marmoreum altum cm. 11 latum cm. 6 crassum cm. 1,7. Rep. a Cozza et Pasqui Gabiis tra il tempio di Giunone e la chiesa di s. Primolo, sulla sinistra di quella via che divide in tutta la sua lunghezza l'altura di Gabii, e che si congiunge alla Prenestina, poco sotto il nominato tempio di Giunone, in quel luogo appunto ove nel 1792 si fecero le ricchissime scoperte.

IMP · CAesar uii m. agrippa iii a. 727  
 IMP · CAesar uiii t. statilius ii 728  
 IMP · CAesar uiiii m. silanus 729  
 IMP · CAesar x c. norbanus 730  
 5 IMP · CAesar xi en. piso 731  
 MARcellus l. arruntius 732

Barnabei *notizie degli scavi* 1885 p. 428, qui supplevit. Superest sine dubio ex eadem fastorum tabula ex qua n. 2801.

ETS

4233 fragmentum marmoreum latum cm. 12 altum cm. 8 crassum cm. 5 litteris aetatis sequioris. Rep. a Cozza et Pasqui Gabiis a nord-est dell' arx.

Barnabei *notizie degli scavi* 1885 p. 427.

ad n. 2819. Eiusdem plumbarii nomen nuper lectum est in fistula quae descripta Frascati apud Alexandrum Fausti, mox Romam translata a curatoribus antiquitatum municipalibus, ter repetitam habet inscriptionem T·STATILI FELICIO FEC (Lanciani *bull. municipale* 1886 p. 105 n. 1169). Verisimile est hanc quoque fistulam ex finibus Gabinorum adlatam esse in oppidum Frascati (idem Alexander Fausti apud se habebat vel habet inscriptiones agri Albani et Labicani n. 2421. 2587 a. 2785).